

Band V., Nr. N72, Seite 454

Papst Alexander IV. gewährt denjenigen einen vierzigtägigen Ablass, welche die Kirche der hl. Maria in Westgartshausen am Tage ihrer Himmelfahrt besuchen.

Neapel, 1255. April 27.

Alexander episcopus, servus servorum dei, universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Licet is^a, de cuius munere venit, ut sibi a fidelibus suis digne ac laudabiliter serviatur, de sue habundantia pietatis, que merita supplicum excedit et vota, bene servientibus multo maiora retribuatur quam valeant^b promereri, nichilominus tamen cupientes reddere domino populum acceptabilem fideles Christi ad complacendum ei quasi quibusdam illectivis premiis indulgentiis scilicet et remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divine gratie captiores. Cupientes igitur, ut ecclesia sancte Marie in Vschershusen¹, Erbpolensis diocesis, in honore beate Virginis, sicut dicitur, dedicata congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam ipsam in festo assumptionis eiusdem virginis venerabiliter visitaverint, annuatim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus.

 Datum Neapoli^c, V. kalendas Maii, pontificatus nostri anno primo.

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Die Bleibulle fehlt.

 Am oberen Rande steht von gleichzeitiger Hand beige geschrieben: *Istam indulgentiam impetravit nobilis vir dominus Henricus de Goltbach² a domino Alexandro papa IIII^{to} ecclesie beate Virginis in Vschershusen ob remedium anime sue et predecesorum suorum, cuius memoria vivat in sempiternum. Amen.* Darunter von einer Hand des 15. Jahrhunderts: *Ista litera inpetrata est anno domini MCCLIII per Henricum de Goltpach ab Alexandro papa quarto regnante pro tempore illo septem annis et eodem tempore ipse canonisavit sanctam Claram. Et protunc Romani pontifices non fuerunt adeo largi in distribuendis indulgentiis sicut modo sunt.*

^aDieses Wort hätte wenigstens an der etwas beschmutzten Lücke des Textes Platz.

^bVon späterer Hand ist *volumus* übergeschrieben.

^cDieses Wort ist nur noch zum Teil leserlich.

¹Westgartshausen.

²Goldbach.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 70 S U 806

Regesten:

Schmidt: Papsturkunden, Bd. 1, S. 170, Nr. 377.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Neapel

Aussteller:

Alexander IV.; Papst

Ortsindex:

Goldbach Wohnplatz (2827)
 Goldbach, Crailsheim, SHA
 Neapel, Kampanien, Italien
 Westgartshausen Wohnplatz (2861)
 Westgartshausen, Crailsheim, SHA
 Würzburg, WÜ